

communione Religiosi graviter infirmanti ob necessitatem, quæ in presenti consideratur, vel alia causa urgente.

QUESTIO IX.

Quid sit altare privilegiatum, & quam utilissima sit ejus indulgentia animabus, plusquam alia, etiam bulla defunctorum?

SUMMARIUM.

- 40 In altare privilegiatum datur indulgentia pro defunctis, quæ infalibiter habet effectum.
41 Si anima non est in purgatorio, prodest missa magis indigentibus.
42 Cæteris paribus, utilior est missa in altari privilegiato, quam bulla defunctorum?
43 Tamen ratione certitudinis, ac causa indulgentia concessæ, utilior videtur bulla.

40. Altare privilegiatum est illud in quo à Papa concessa est indulgentia plenaria pro animabus purgatorii liberandis, quæ indulgentia conceditur à Papa non per modum absolutionis, sed suffragii, ac subsidii, quæ indulgentia applicata pro defunctis habet infallibilem effectum, ut tenet Ecclesiæ traditio perpetua, ac antiquissima, daturque divina promissio, Matth. 16 num. 19. ait Christus Petro: Quicumque solveris super terram erit solutum & in caelis. Ac si dixisset Dominus; quicumque tu & Petre, tuusque legitimus successor solveris, ac feceris vivens, ac existens super terram, factum & solutum erit in caelo coram Patre meo. Ita D. Thomas in 4. dist. 21. quest. 2. art. 6. questioncula 2. Sorus, Suar. Valentia, Coninch, quos citant, ac sequuntur Castr. Palas tom. 4. tract. 24. disp. unic. punct. 10. num. 4. Lessius in 3. part. cap. 5. de indulgentiis, dub. 3. num. 31. Villalob. in summa, tom. 1. tract. 26. diff. 7. num. 3.

41. At verò si anima, pro qua applicatur Missa in altari privilegiato tali sacrificio non indigeat, quia verbi gratia, vel est in caelo, vel in inferno, tunc ait D. Thomas in 4. dist. 45. quest. 3. ad 2. Corduba. Adrianus, & alii apud Fraxinellum sect. 3. §. 11. numer. 3. ex Dei misericordia applicari magis indigentibus; quia tamen Deus est causa universalis, & debet determinari ad effectum per causam particularem, idèò dicimus, quòd in eo casu à suffragantibus, ac offerentibus, voluntate interpretativa, ac virtuali applicatur magis indigentibus in purgatorio. Ita Lavorius de indulgent. part. 2. cap. 30. num. 160. & inde monet Philippus à Cruce in Thesuro Ecclesiæ, tract. 2 §. 6. numer. 5. Ut ita sacrificium à Sacerdote offeratur pro tali, nempe, anima, si est in purgatorio, aliter verò pro magis indigente, vel magis sibi conjunctis.

42. Tanta est indulgentia altaris privilegiati, ut dicat Trollenchus in Bullam Cruciatam, lib. 4. dub. 12. numer. 4. Cæteris paribus, id est supposita æquali causa, & certitudine utriusque indulgentiæ, efficacius esse animæ purga-

torii dicere pro ea Missam in altari privilegiato, quam accipere pro ea Bullam defunctorum; nam licet indulgentia, quæ conceditur ratione Bullæ defunctorum; & quæ conceditur ratione Missæ in altari privilegiato sint æquales, eo quòd sint totales ad effectum, differunt tamen in hoc, quia, videlicet, indulgentia concessa in altari privilegiato animæ, habet insuper conjunctum gradum satisfactionis, quæ ex divina institutione correspondet sacrificio Missæ, quem gradum non includit Bulla defunctorum, ac proinde ex hac parte, cæteris paribus, utilior esse potest Missa altaris privilegiati pro anima, quam Bulla defunctorum.

Dixi: cæteris paribus, seu supposita æquali causa, & certitudine indulgentiæ. Et ratio est: quia ad valorem indulgentiæ requiritur causa magna, certa, & proportionata, et si semper ad concedendas indulgentias detur causa certa & proportionata, tamen regulariter loquendo inter causas concedendi indulgentias major, & certior videtur illa, cujus ratione Bulla conceditur nimirum, bonum commune Ecclesiæ, quale est belli subsidium contra infideles. altare autem privilegiatum conceditur ob devotionem alicujus sancti, vel Ecclesiæ, quæ tantam certitudinem, & proportionem præ se ferre non videtur, ac bonum totius Ecclesiæ, & ideo ratione certitudinis indulgentiæ utilius videtur bullam defunctorum pro anima accipere, quam pro ea missam in altari privilegiato accipere. Ita Carillo in exposit. Bullæ defunctor. part. 2. cap. 6. vers. Acerca n. 7. Diana part. 9. tract. 2. quest. 26.

QUESTIO X.

Sacerdos ad lucrandam indulgentiam defuncto, non est necesse, quòd sit in gratia; maxime verò pro se, nec numerus sacerdotum requiritur ad validitatem altaris.

SUMMARIUM.

- 44 Ad lucrandam indulgentiam in altari privilegiato non requiritur, quòd sacerdos sit in gratia.
45 Maxime verò quando sibi lucratur indulgentiam.
46 Numerus sacerdotum non est necessarius ad privilegium altaris, & num. 47.

44. Sacerdos missam celebrans in altari privilegiato ad lucrandum indulgentiam defuncto, non requiritur, quòd ipse sacerdos sit in gratia; quamvis oppositum teneat S. Sa. verb. indulgent. numer. 2. excipit tamen nisi opus fiat nomine Ecclesiæ Probatur sententia: nam pro indulgentia applicanda defunctis, non requiritur gratia, ut principium operis injuncti, ut obicem tollat, & subjectum disponat indulgentiæ suscipiendæ, siquidem vivus qui indulgentiam pro defuncto obtinet exequendo opus injunctum, indulgentiam non sibi lucratur, sed conditiones pro consecutione indulgentiæ defuncto exequitur: ergo status gratiæ

Lavori. Philipp. à Cruce.

42. Trollench.

Gratiæ in illo non necessariò requiritur: nec indulgentia inficitur ex malitia personæ operantis, sicut nec sacrificium Missæ, nec Sacramentum ex malitia personæ administrantis, quia suum valorem non habet ex persona proxime operante, sed ex meritis, ac satisfactione Christi.

45. Aliter verò dicendum, quando Sacerdos sibi lucratur indulgentiam, requiritur ut tollat obicem peccati, & sit in gratia; ex quo patet discrimen inter sibi lucrantem indulgentiam, ac defuncto. Gratia enim requiritur in suscipiente indulgentiam, ut fiat capax illius non verò in applicante conditiones, ut alter eam lucratur, quando enim operans sibi ipsam applicat, requiritur in ipso gratia, non ut operans, sed ut recipiens. Ita multi Doctores quos citat, ac sequitur Castr. Palas tom. 4. tract. 24. disp. unica, punct. 10. n. 10. Idem habet Amicus tom. 8. disp. 20. sect. 8. n. 2. 3. Bardinus in Bulla Cruciatæ, part. 4. tract. 3. disp. 2. sect. 3. n. 23. Granados in 3. part. controvers. 12. tr. 5. disp. 6. n. 11. Quintanaduenas in Theolog. tom. 1. in Append. tract. 1. singl. 16. n. 4.

46. Secundo: quando conceditur altare privilegiatum alicui Ecclesiæ, in qua debeant manere, & celebrare tot Sacerdotes, an valeat privilegium, si tot non adsint Sacerdotes, quot numero exprimuntur literis Apostolicis; non valere tenent Rodriguez, quem citat, ac sequitur Lavorius indulgent. part. 2. cap. 30. n. 115.

47. Oppositum tenet Bordonius tom. 2. Resolut. 91. num. 8. quia regulariter numerus Sacerdotum expressus non est essentialis conditio necessaria ad valorem privilegii, sed veluti ad majorem decentiam, ac concursum populi, aliter sequeretur Ecclesiam perdere suum privilegium jam ritè acquisitum ex defectu Sacerdotum; vel dic, quòd sufficit ab initio tot de familia fuisse Sacerdotes pro servitio Ecclesiæ, quot exprimuntur in Bulla altaris, quia sufficit quòd conditio semel fuisset adimpleta, licet postea desit, leg. si quis heredem, ff. de institut. & substitut. In hac etiam sententia est Diana part. 9. tract. 2. Resolut. 9.

L. si quis.

Diana.

QUESTIO XI.

An si altare privilegiatum concessum est uni Ecclesiæ Regularium, per communicationem possit alia religio illo uti?

SUMMARIUM.

- 48 Altaria privilegiata unius Ecclesiæ, vel Religionis non communicantur alteri.
49 At verò si Missæ privilegiati altaris concessæ sunt Religioni, universisque illius personis, videtur communicare, & n. 50.

48.

Altaria privilegiata concessa Ecclesiæ, vel capellæ Religionis non communicantur aliis, etiam habentibus generalem communicationem privilegiorum aliarum religionum; & Probatur: quia talia privilegia Sylveira Opuscula.

conceduntur tali loco ob speciales rationes, quia ibi est specialis concursus, ac devotio populi, quæ rationes movent Pontificem ad talia privilegiata altarja concedenda; & privilegium pro uno solo loco datum, non valet pro aliis. Suarez de legibus, lib. 8. cap. 26. Suar. & quia Stylus Cortiæ ita tenet; ut testantur citandi Auctores; & tandem quia juxta regulam juris in 6. In generali concessione, non veniunt ea, quæ quis in specie verisimiliter non esse concessurus. Peyrinis tom. Constitut. 8. Pauli III. num. 2. Lezana verb. Altare, n. 19. Diana part. 9. tract. 2. Resol. 20. Bordon. tom. 2. Resol. 51. n. 85. Bordon. Tamburin. tom. 1. disp. 17. q. 2. n. 4.

49. Quia verò inter Religiones mendicantes, ac etiam alias datur magna communicatio, tam quoad privilegia, indulta, & concessiones; tam quoad personas ipsas Religiosas, & quoad Ecclesiæ, loca, ac festivitates, ut patet ex Bulla Pii V. Leonis X. & aliorum Pontificum.

Unde in hac quaestione distinguendum existimo, quando privilegium altaris est concessum certo altari, Capellæ, Ecclesiæ, vel Conventui, hoc nullo modo communicatur alteri Conventui, vel altari, seu capellæ ejusdem, vel diversæ Religionis; ac verò si talis gratia, vel indulgentia sit concessa toti Religioni, universisque illius personis; tunc videtur per communicationem alias Religiones participare; v. g. Paulus V. concessit nostris Religiosis Carmelitis Discalceatis, ut Missæ, quæ pro eorum Religiosis defunctis dicuntur in quocunque altari privilegiatæ sint, ac si in altari privilegiato dicerentur; ut refert M. Fr. Anton ab Spiritu Sancto in Director. tom. 1. tract. 2. Spiritu S. disp. 9. sect. 2. n. 45. Tale enim privilegium non est concessum alicui loco certo & determinato ob speciales rationes, sed est concessum universæ Religioni, omnibusque illius personis ob generale motivum, ob gratiam, nempe, & favorem Apostolicum: ergo etiam in illo communicant aliæ Religiones, & de similibus idem dicendum.

QUESTIO XII.

An Missa celebranda in altari privilegiato pro anima purgatorii liberanda necessario de Requie sit dicenda?

SUMMARIUM.

- 51 Prima sententia distinguit, si in Bulla exprimitur Missa de Requie.
52 Declaratio Congregationis tenent esse de Requie.
53 Probabilis sententia, adhuc stante predicta declaratione, contendit quantlibet Missam sufficere, & n. 54.
55 Dominica infra octavam Sanctorum potest dici Missa de Requie.

51. In hac re satis communis & trita est sententia, quòd; ad resolutionem hujus quaestionis videnda, ac considerata est Bulla Summi Pontificis: si enim in ea dicitur, R. quod

Suar.

Regula.

Peyrinis.

Lezana.

Diana.

Bordon.

Tambur.

Pius V.

Leo X.

50.

Fr. Anton.

Spiritu S.

quod pro anima liberanda à purgatorio dicenda sit una Missa de Requite ad prædictam indulgentiam assequendam, talis Missa de Requite dicenda est, quia est conditio appolita, sine qua gratia non obtinetur, at verò si in tali Bulla habeatur, pro una Missa dicenda in prædicto altari, una anima liberata sit, talis Missa necessarid de Requite non est dicenda; est enim beneficium Summi Principis, quod latè, & non strictè est explicandum. Ita Rodriguez, Philippus à Cruce, Hieronimus Garcia, Latorius, Quintanaduenas, Hieronymus Rodriguez, Trullenchus, Zarola, & alii multi, quos citant, ac sequuntur Fagundez lib. 3. cap. 9. num. 7. Fragosus tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 1. 9. §. 7. num. 19. Bordonus, Naldus, & alii multi apud Dianam part. 9. tract. 2. Resol. 8. Qui maxime de se testatur quòd in hanc sententiam abitet, nisi in oppositum starent declarationes Cardinalium.

Rodrig. Philip. à Cruce. Hier. Garc. Latorius. Quintan. Hier. Rodrig. Trullench. Zarola. Fagund. Fragosus Bordon. Naldus. Diana.

52. Declaratio.

Lezana.

Diana. Nigron.

53.

Fagundez. Layman. Granad.

54. S. Congreg. Diana.

55. Sylvius.

alii cum Diana part. 9. tractatu 2. Resol. 27. Diana. Affirmant, quia Pontifex in tali altari privilegium concedit per totum octavarium: ergo ad fructum privilegii dies Dominica includenda est, ad hoc ut in ea dicatur Missa de requie.

QUESTIO XIII.

An Altaria privilegiata sint revocata per totam V. & per annum Jubilei; ac Bullam Cruciatam?

SUMMARIUM.

- 56 Altaria privilegiata non sunt revocata per Paulum V.
57 Anno Sancto non suspenduntur altaria privilegiata.
58 Probabilis est per Bullam Cruciatam, non suspendi altaria privilegiata, & num. 59.

Paulus V. anno 1606. revocavit omnes indulgentias Religiosis indultas, & alias denud concessit, in quo decreto non comprehenduntur altaria privilegiata, qua in Ecclesiis Regularium habentur: nam Paulus V. non revocavit indulgentias Regularium Ecclesiis, & altaribus concessas, sed tantum concessas immediatè, ac directè ipsis Regularibus vivis, & quidem, qui de tali foro erant. Ita Quintanaduenas in Theolog. log. Morali, tomo primo, tract. 4. Appendicis, dub. 2. num. 5. Diana part. 9. tract. 2. Resol. 21. Qui addit, quod si concessum esset à Pontificibus, ut quis, sive secularis; sive Regularis aliquod opus pium faceret; vel Missam celebraret, pro anima à purgatorio liberanda, hæc indulgentia non est revocata, tum quia illa indulgentia non est Regularium, sed eorum Ecclesiarum, tum quia illa indulgentia reputatur revocata: à Paulo V. quæ erant pro vivis, non verò pro defunctis.

Dico secundò: quod altaria privilegiata non suspenduntur per Jubileum anni Sancti. Ita M. Lezana verb. Altare, numero decimonono, Bordonus tomo secundo, Resol. 91. num. 12. Layman. lib. 5. tract. 7. cap. ultimo. in sine; & Probatur primò: quia in Bulla anni Sancti nulla fit mentio suspensionis indulgentiarum pro defunctis, quod de jure erat necessarium, cum id sit valde speciale: Deinde ratio ob quam Summus Pontifex illo anno omnes indulgentias suspendit, ea est, ut fideles promptiores fiant ad proficiendum Romam, ut eas ibi lucrerent, quæ ratio non habet locum in mortuis, qui Romam proficisci non possunt.

Dico tertio: quantum ad Bullam Cruciatam, quod quamvis aliqui Doctores probabiliter teneant, hujusmodi altaria privilegiata per Bullam Cruciatam suspendi, ut Rodriguez, Villalobos tract. 27. claus. 12. num. 5. Tamen probabilior mihi est sententia, quod non suspendantur. Ita Carrillus Trullenchus,

56.

Paul V.

Quintan.

Diana.

57.

Lezana. Bordon. Layman.

58.

Rodrig. Villalobos. Carrillus.

Trullench. Lezana. Diana.

56.

Trullenchus in expositione Bullæ, lib. 1. quæst. 9. cap. 3. dub. 4. num. 3. Lezana verb. Altare, n. 19. & verb. Bulla Cruciatæ, num. 41. Quintanaduenas in Theolog. morali, tom. 1. tract. 1. Appendicis, dub. 4. num. 7. Diana licet alibi oppositum existimaverit; tamen novissimè nostram sententiam, ut probabilior teneat part. 9. tract. 2. Resol. 22.

Et probatur: quia in suspensione generali indulgentiarum per Bullam, non exprimitur ista indulgentia pro defunctis concessa; quod videbatur necessarium, cum sit specialis nota digna, deinde quia indulgentia pro aliqua capella, vel Ecclesia literis scriptum ponitur edictum in ea: indulgentia, ut Jubileum in hac capella, vel Ecclesia habenti Bullam Cruciatam. Sed tale edictum scriptum non ponitur in altaribus privilegiatis, ergo signum est, &c. Tandem, quia ex summario constat, quod solum illis suspenditur indulgentiæ quorum respectu revalidantur, qui solum viatores sunt, cum hi tantum Bullam Cruciatam sumant, ut tam indulgentias ipsius Cruciatæ, quam aliarum rerum lucrari valeant.

QUESTIO XIV.

Quot modis altare consecratum suam amittat consecrationem?

SUMMARIUM.

- 60 Tunc altare desinit esse consecratum, quando ita est fractum, ut non possit continere calicem, & hostiam, vel quando illius cornua non exstant.
61 Altare fixum desinit esse sacrum, quando illius mensa à columnis amovetur, nisi aliud substituitur.
62 Si non sit sepulchrum ad reliquias non desinit esse sacrum.
63 Violata Ecclesia, violatur altare fixum, & contra.
64 Altare sive fixum, sive portatile, non amittit suam consecrationem, ex eo quod excommunicatus in eo celebrat.
65 Lapis altaris profanatus potest vendi, & decenter reineri ab emptore.

60.

Cap. 1. Cap. quod C. Ligneis. Bacconius. Henriq. Suar. Coninch. Reginald. Azor. Nugnus. Bonacina.

61. Can. motum.

Tunc altare consecratum desinit esse consecratum. Primò: quando ita est fractum ut nulla illius pars, quæ manet, possit commodè continere pedem calicis, & hostiam cum patena. Secundò: quando cornua, quæ injunguntur, fuerint fracta, tunc enormiter fractum altare reputatur. Ita cap. 1. & cap. Quod in dubiis, & cap. Ligneis, de consecratione Ecclesie, vel altaris, Ita Nolter Bacconius in 4. disp. 1. art. 1. Henriq. Suar. Coninch. Reginald. Azor. Nugnus, & alii quos citat ac sequitur Bonacina.

Tertio: quando altaris fixi mensa à stipite, vel columnis, quibus innititur, removetur, ac separatur, & in hoc sensu debent jura citata intelligi, ex Can. si motum de consecratione: dicitur, quòd altare excreatur seu desinit esse sacrum, quando mota Sylveira Opuscula.

vetur à stipite suo, nempe, sustentaculo; ita Bacconius citatus. Sylvest. in summa, verb. Altare, quæstione octava, Suarez tomo tertio, in Sylvest. tertia parte, disputat. 81. scilicet 5. tamen si ipsa mensa superior est lapidea consecrata, si aliud sustentaculum apponatur, existimo, quod non perdit consecrationem, sed tunc in eo potest celebrari.

Quartò: addunt aliqui, altare fieri incipit ad consecrationem, quoties signum sepulchri, seu repositorii, seu loci ubi reliquie reconduntur, frangitur, vel amovetur. Ita Sylvest. cum Azor. tom. 1. lib. 10. Sylvest. cap. 27. quæst. 12. Tamburinus tom. 1. de jure Abbatum, disp. 23. quæst. 6. num. 4. Barbosa de Episcopo, allegat. 27. Tamen cum à nobis supradictum sit in hac Resol. Reliquias non esse de essentia consecrati altaris, inde per fractionem, vel remotionem talis repositorii non perdit suam consecrationem. M. Lezana verb. Altare, num. 20. Adverit tamen Laym. de sacrificio Missæ, lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 9. Quod in hoc sit servanda consuetudo Ecclesiarum patriæ.

Quintò: violata Ecclesia, vel polluta, altare stabile, non verò portatile in ea contentum; aut positum, quod cum Ecclesia conjungitur, polluitur, & violatur, & è contra nam si Ecclesia violatur, violatur ex toto, & non ex parte, si autem polluitur altare, quod est in Ecclesia, necesse est etiam, ut Ecclesia ex toto violetur, ac ut polluta habeatur. Sylvest. verb. Altare, quæstione undecima, ex Abbate in cap. Præposuisti, de consecratione Ecclesie. Aliter vero dicendum, quando Ecclesia amittit suam consecrationem, quod fit ejus parietibus dirutis, vel exultis, si altare tunc integrum permanet suam retinet consecrationem: & è contra altare fractum, amplius consecratum non est, nec tamen idcirco Ecclesia desinit consecrata existere. Ita Sylvest. Abbas. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quæst. 14. Hieron. Hier. Rodrig. Resol. 9. n. 12.

Sextò: nullum altare sive fixum, sive portatile amittit suam consecrationem, ex eo quod in ipso celebraverint excommunicati, interditi, degradati, &c. Ita colligitur ex cap. 2. de Sacramentis non iterandis, Tamburin. de jure Abbatum, tom. 1. disp. 23. q. 6.

Tandem altaris lapis profanatus, seu fractus, & deformat, potest vendi, & licitè teneri ab emptore, sed in loco decenti, & honesto. Ita declaravit Sacra Congregatio apud Barbolam in Collectan. Bullariis, verb. Altari, M. Lezana verb. Altare, n. 24.



RESOLUTIO IX.

Annus, Tempus, Dies.



Ut sæpè in utroque jure, tam Canonico, quam Civili; & in Bullis ac Decretis Summorum Pontificum, ac Conciliorum, & statutis peculiaribus Religionum certus annorum terminus exprimitur, ac determinatur valde

62.

Lezana. Layman.

63.

Sylvest. Abbas.

Sylvest. Abbas. Azor.

64.

C. de Sac. Tambur.

65.

S. Congreg. Barbosa.